



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Sapientia

**Pinamonti, Giovanni Pietro
Segneri, Paolo**

Coloniae, Anno M.D.CCVI.

VD18 12664146

Deus odit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](#)

media , quæ peccato commisso tam
largiter providisti , sint mihi nova in-
citamenta te amandi , novi stimuli , tibi
impostorum fidelium serviendi , Amen .

**CONSIDERATIO III.
PRO DIE MARTIS.**

PUNCTUM I.

Deus odit peccatum .

*Similiter odio sunt Deo impius & im-
pietas ejus , Sapient. 14. 9.*

I. Considera immensum odium ;
quo Deus peccatum persequi-
tur . Si voluntas eodem motu , quo
per affectum amoris conjungit se bo-
no suo , eodem inquam motu , neces-
sariò etiam fugit per affectum odij à
malo ; dicendum erit , quod , sicut
Deus totus amor est , & amor infinitus ,
& suæmet bonitatis amor ipsissimus .
ita necessariò etiam sit totus quantus
odium , & odium infinitum , & odium
ipsissimum ac esse entiale peccati , quod
summè abominatur , velut bonitatē
suum contrarium . In unum
itaque

itaque cumulum congere, quidquid
odij, vel inter homines adversum sele
invicem, vel inter dæmones damna-
tōisque adversus Deum conc̄ pere po-
teris, quid verò id omne erit aliud, nisi
umbra tantummodo quædam, illius
abominationis infinitæ, quâ Deus pec-
catum omne mortiferum aversatur?
& hoc tam horribile peccatum tu, mi-
homo, si uero & corde gestas, per mens-
ses & annos, ei blandieris insuper, per-
inde ac si non abominandum aliquod
monstrum, sed catellus foret Meli-
tensis.

PUNCTUM II.

Deus odit peccatorem,

Altissimus odio habet peccatorem,

Eccli; 12. 3.

II. **C**onsidera, Deum non odiſſe so-
lūm peccatum, sed etiam pec-
catorem quatenus talem: *Similiter*
odiosunt Deo impius, & impietas ejus.
Sap. 14. quatenus nempe talem censet
inimicum sibi, peccati causâ ipsi vult
malum, & malum quidem æternum
pœnæ ac damnationis. *Quamdu-*
cult,